



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Additio De Festis Aliqvot Mobilibvs, quæ suis locis à nonnullis leguntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

A D D I T I O D E F E S T I S
A L I Q U O T M O B I L I B V S,
quæ suis locis à nonnullis
leguntur.

De his festis
Ordo Roma-
nus, pag. 24
& sequenti-
bus.



Omnica est Septuagesima, in qua deponitur Alleluia, quia recordat sancta mater Ecclesia tempus duationis. Vnde & nunc legitur Genesis, in qua ponitur demum primorum parentum.

Dominica est Sexagesima.

Dominica est Quinquagesima.

Feria quarta, dies cinerum, & initium sacrificiorum dierum Quadragesimæ. † per quorum obseruantiam omnes præteritæ desideriæ castigantur: omnes negligentiae diluuntur. Initium quoque, secundum

Leo de 40 sermone 1. Seß. 24 cap. moderationem Concilij Tridentini, clausi temporis de refor. usque in Octauas Paschatis inclusiue. matrim.

Dominica sexta Quadragesimæ, festum Palmorum. quando Dominus noster Iesus Christus sedens super pullum asinæ venit Hierosolymam. cui turbam cum ramis palmarum venit obuiam.

† Feria quinta, cena Domini, quando Dominus noster Iesus Christus lauit pedes discipulorū, et exterritus: & tradidit eis Corporis & Sanguinis sui mysterium.

Feria sexta, passio & crucifixio Domini nostri Iesu Christi, Hierosolymis, in loco Calvarie.

Sabbatho, vigilia Paschæ, & sabbatum sanctum, quo Christus quieuit in sepulcro.

Dominica die, solennitas solennitatum, & apud urbem sanctam Hierosolymam RESURRECTIONE Domini

Triduo se-
quenti non
legitur Mar-
tyrologium
ad Primā.

S T I
I B V S,
S
esima, inqu
quia recolo
a tempus de
nunc legitu
itur demin
um sacrati
orum obser
untur: omnes
e, secundum
si tempore
um Palm
ristus sedens
cui turba
lo Dominus
rū, et exter
ui mysteria.
omini nostri
Caluarie.
um sanctum,
m, & apud
RECTIO
Domini

Domini nostri Iesu Christi, Salvatoris mundi, qui Pascha nostrum immolatus est Christus. Qui secundum Prophetarum voces, triumphata morte, ac soliato inferno, tertia die, hoc est, Dominica die Paschæ, monumento clauso surrexit. Cuius sanctum sepulcrum, ut Esaias Propheta prædixit, gloriosum Esaiæ 11.
esse cunctis gentibus demonstratur.

Sabbathum in albis

Dominica in albis.

Feria sexta post octauas Paschæ, festum lanceæ Christi & clavorum, institutum anno salutis supra millesimum, trecentesimo quinquagesimo tertio, ab Innocentio sexto, petente Carolo imperatore, huius nominis quarto.

Ferijs tribus ante solennitatem Ascensionis Dominica, litania minor, quam beatus Mamertus instituit, sive dies rogationum, in quibus nonnullis locis ieiunatur, alijs vero à carnis & ientaculo abstinetur: omnibus autem Litaniæ & Rogationes in compunctione cordis, & contritione spiritus celebrantur, pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, pro rabie luporum, non tantum visibilium, sed & inuisibilium, & pro cæteris necessitatibus.

Feria quinta, festum ASCENSIONIS Domini nostri Iesu Christi, quando de monte Oliueti, corporaliter supra omnes cælos, ascendit.

Sabbatho, vigilia Pentecostes.

Dominica die, festum PENTECOSTES quando spiritus sanctus super discipulos Christi descendit.

Quarta sabbathi, intra solennitatem Pentecostes, ieiuni in triduanū aestuiale, quod & Pætecostes dicitur. de quo sunt sermones quathor beatissimi Leonis.

Ii 3 Domi-

FESTA M O B I L I A.

² *Dominica die, Octava Pentecostes, & festum san-*
De ferijs, ² etæ TRINITATIS. quando incipit tempus
decretal. tit. ² peregrinationis, quod terminatur in Aduentu.
9.

³ *Feria quinta, festum SACRAMENTI, id est,*
Corporis Domini nostri Iesu Christi. quod Urbanus
quartus instituit, & magnis indulgentijs datavit.

*Syn. Trid. * Quo die hoc præcellsum Sacramentum in proce-
sess. 13 e. 5. sionibus reuerenter & honorifice, per vias & publica
loca circumfertur, vt veritatis aduersarij in conspectu
tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesie latitudine
positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affe-
cti & confusi, aliquando resipiscant.*

*Dominica quarta ante Natalem Domini, ini-
tiū Aduentus Domini nostri Iesu Christi: & solen-
nium nuptiarū prohibitio, usque in diem Epiphaniae.*

ANNOTATIONES.

¹ *De Ascensione Domini, Act. 1 / Mar. 16 / locum de-
scribit Beda ex Adamanno lib. 5 historiæ cap. 18. vbi sit
statur locum cum seruare impressionem vestigiorum
Christi. Quod etiam Seuerus habet lib. 2 sacræ historiæ
& Paulinus Nolanus epist. II ad eundem Seuerum.*

² *De sancta Trinitate Franciscus Titelmannus scriptit
expositionem Officij, quod Romana Ecclesia cantat,
authore Ioanne Pechano archiepiscopo Cantuarie.
Quæ excusa est cum eiusdem expositione in Canonem
Missæ. Tritthemius autem notat Stephanum, episco-
pum Leodiensem, composuisse cantum de sancta Tri-
nitate, ex Alcuino, quo in octauis Pentecostes vtimunt.*

³ *De venerabili Sacramento Corporis Christi sunt
opuscula sancti Thomæ, 57, 58, 59. De indulgentijs au-
tem in hoc festo collatis, per Urbanum quartum, Marti-
num quintum, & alios Romanos Pontifices, (teste Si-
xto quarto, Cap. Cum præexcelsa) vide Concilium
Viennense, in Clementinis lib. 3 tit. 16, & Eugenium
quartum, tomo 4 Conciliorum.*

APPEN.